Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 361
Quelle:
Copyright:

III. *fol.* 68. p. 2. *Incipit alius* (Liber) *metricus. qui dicitur Stella puerorum.* Initium Prooemii:

Nascitur omnis homo rudis infans exul egenus &c.

Ratio mox scriptionis et tituli ita datur:

Sed quia doctores quidam sibi tempora multa
Perdunt et pueris hijs friuola sepe legentes,
Nec curant, ut eos doceant cognoscere christum
Declinare malum virtutum querere fructus
Dicentes forsan nos talia non docuerunt
Nostri doctores nec habemus congrua scripta
Ex quibus hec scire possimus scita docere
Si placet ista legant que de virtutibus extant
Vt velut ad christum uenere magi duce stella
Quam scriptura fidem vocat et glosator aperte
Sic stellis istis mediantibus inuenietur
Christus et hoc scriptum puerorum stella uocetur.
Pamphilus aut greca seruentur. et ista legantur.

Pamphilum hic *Maurilianum* intelligi puto, quem obiter tangunt *Lyserus* in *Hist. Poet.* p. 2071. et *Fabricius Bibl. lat.* L. I. c. 15. Ad hunc modum *Alexander de Villa Dei* commendat *Doctrinale* suum:

Meque legant Pueri pro nugis Maxminiani,

quo loco facile *Mauriliani* substitui posset. *Stellae* porro nostrae Οικονομιαν dabo ex iis, quae antiqua manus calci addidit: *Istius Opusculi sunt tres partes. In prima agitur de virtutibus Theologicis s. fide spe et caritate. In 2ª. de festis et gracijs beate virginis marie. In 3ª. de virtutibus cardinalibus* &c. Partes hae in Particulas sive *Stellas* abeunt. Initium:

Est Deus vnus et omnipotens noster Deus, a quo
Celum terra mare lacus inferni paradisus
Primum condita sunt &c.

Finis prolixi Poematis:

Rex et plasmator christus ihesus mediator.
Complet sifridus, incepit quod thidericus.